

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja krakowska**

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. 12607 III, k. 28va

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 7–8 [Gn. 7]

[7] [k. 28va] Quodsi homo vulneratus fuerit et clamorem proclamaverit, et si ceperit hunc, qui ipsum vulneravit, et eum ad iudicium usque deduxerit, et si tunc ipsum cum hiis, qui suum clamorem audierint, protestare poterit metseptimus, propius est eum vincere, quam ille possit evadere. Pro vulnere manum, pro homicidio collum. Si vulnus profunditatem unguis et longitudinem membra habuerit, acquirit homo duellum, pro vulnere manum, pro homicidio collum.

[8] Si quis eciam fideiusserer aliquot iudicio pro aliquo adiutorio presentare ex parte homicidii [a] et eundem non representat, extunc fideiussorem dare oportet querulatori unam recompensam, videlicet XVIII talenta, et iudici suam penam octo solidos. Si autem sentenciam fuerit pro uno vulnere duellari, protunc fideiussor det unam mediam recompensam querulanti, scilicet novem talenta, et iudici suam penam octo solidos, istorum nummorum, qui in eodem iudicio sunt transeuntes communiter et dativi.

<sup>a</sup> ręka B: de eodem xvii fo[lio] li[bri] primi

[hasła: zranienie, skarga, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu, kara ucięcia ręki, kara śmierci, ścięcie, rana, poręczenie, zabójstwo, nawiązka, pojedynek sądowy]